

Za
4484

VOTA NUPTIALIA
CASTAE FUGAE FLIBATO
Hymenaeo sive

Solenni nuptiarum festivitati
VIRI IUVENIS

Præstantissimi & florentissimi

Dn. CAROLI ERNESTI BVSÆI

LL. Stud. civis Islebientis

SPONSI



BIBLIOTHECA
PONTICAVI



lectissimæ ac pudicissimæ virginis

CHRISTINÆ,

Viri Spectatissimi & Integerrimi Dn. AN-
TONII KOBERGERI Comitatus Mans-
feldici Monetarij, & Metallii præfecti

FILIAE SPONSÆ.

Dicata ab amicis

Ad diem 25. Octobris Anno 1617.

Islebii Hæredum Gubisianorum.

1918 3 133

I,



Arole Danaidem si te mellite vocarem,
 Iungere me vulpes quis diceret? aëra & æthra
 Ille peragrando, terræq; marisq; per alta
 Findendo loca Pinnipolens iter, atq; Medusam
 Prosternendo, mari tandem, quæ maxima Nymphas
 Formâ Næreidas spectandâ splendidit inter,
 Repperit Andromeden quâ hymencia festa paravit:
 Te maris & terræ loca perlustrasse, puellarum
 Explorasse revolvendo noctesq; diesq;
 Mente renitentem formam, sprevisse superbas,
 Donec in amplexus & basia amasia claræ
 Venerit Isidiæ Christinula bella, puella
 Cypria cui medio spumantis gurgite ponti
 Emergens, vultumq; manumq; comamq; venusto
 Flore venustatis finxit geniumq; leporum
 Omnibus insperis membris, Venus altera ut esset
 [Alma Venus, sed casta & casti mater amoris]
 Lucifer & quanto quam cœtera sydera fulget
 Splendidior, quanto & quam Lucifer aurea phœbe,
 Tanto virginibus præstantior omnibus atq;
 Pulchrior Isididis in pro patulo---

*E*rgo Busæ Sponse
 Cervicem ad oscula sponse
 Torquens amica, sponse
 Dic ore blandicello
 Amore mollicello;
 Veni puella tandem
 Thoro dicata nostro,
 Thoro dicata nostro

*Veni puella tandem,
 Sic flagitat cupido
 Sic imperat cythere
 Sic Fata grata mandant.
 O bella virginella
 Christinulella bella,
 O fructuosa nostri
 Amoris officina*

Pergas

Pergas venire tandem
 Tandem venire pergas
 Sic fata grata mandant
 Sic imperat cythere
 Sic flagitat cupido

O succi plena sponsa
 O Sponsa succiplena
 Cui sacchar ex ocellis
 Et nectar è labellis
 Et Ros it è papillis

Thalamos inito nostros
 Stratum cubile inito
 Et virginale sertam
 suspende nuptiali
 Cubiculo Busci

Nos brachia implicemus
 Collis iugosa nostris
 Et spiritu trahaci
 Et halitu sequaci
 Et corculo voraci

Et vucula salaci
 Et osculo rapaci
 Nos prosequamur unâ
 Et diligamus unâ
 Ut prole beatiore
 Et prole feratiore
 Et prole dulciore
 Et prole cultiore
 Et prole masculina
 Et prole fœminina
 Multiplicetur actus
 Subinde Christianus.
 Sic flagitat cupido
 Sic imperat cythere
 Sic fata grata mandat.

Ludebat

Fraterni amoris Amica
 fraternitatis Fraternalis
 affinitatis E.

M. Jacob Ritter Lehnst.

II,

AEnigma jocosum ad nuptiales.

HEus; quos titillat Cypris petulante eachinno
 Et quæis multiplicat vota Camillus Amor,
 Porrigite auriculas ut, quæ sententia læta
 Desuper Idalia Cypridos arce, fluat?
 Fur erat; egregio cui mille in pectore technæ,
 Furanimos oculi, furoculæq; manus

A 2

Cui

Cui genulæ molles, frons cincinnatula crines
Aurei & è labris lactea barba micans.
Qui quoties lepidò trutinat data verba labello
Ipse lavat digitos P U S I O pupus amor.
Hic olim rapuit tot corcula, o aurea corcla,
Illa puellarum corcla, & abstulerat
Corcula tot, dederat quot basia grata puellis
Æqua columbinis basia basiolis.
Abstulerat, scelus hoc sacras ad Cypridos ædes
Fertur. & ecce Deum templa furore sonant
Hinc quod supplicii dicant genus, omnibus æque
Consilium, inq; unum consulit æquè animus
Hic suspendatur, sed comburatur: hic, alter,
Vndula perdat, at hic conterat aer ait
Iudicium veneri defertur: at aurea cypris
Supplicio cuncto hoc afficiatur; ait
Affert inde crucem quam dulci ornaverat ore,
Furanimis oculis furoculis manibus
Quæ trahit allectat, capit, incitat, urit, inescat
Ore, genis, oculis, pectore, voce manu.
Heus fur scandito ait cruce suspendaris & inde
Brachiolis furem amplectitur aurea crux
Hæc te comburat sacra crux, atq; igneo amore
Vrat te & lachrymis commade factet; ait
Aëre teq; terat, Quid restat? pendet & ardet
Et natat & tentur, furculus ille rapax
Inde PATER NOSTER corclorum ex ordine longo,
Affert, ut mediis pendeat ex humeris
Supplicii hæc summa est; sed quis furunculis ille
Quæritis? ecce aras jam petet ille sacras.

Nil

Nil aliud dicam, quod perdent corcula collo
 Tot tibi fur veniant corcla tenella Patri.
 Pende felici fato Deus ætheris adsit
 Sorteq; felici vincula vestra beet.

Deproperabat propere

*M. Christophorus Stöltzerus Gymn.
 Jsleb. Corrector.*

III.



*Conjugij quosdam delectat vita ligata,
 Vinculis; contra alijs vita soluta placet,
 Cuiq; suum pulchrum: tamen hanc preponderat illa,
 Quam vitio virtus prevaluisse solet.*

*Attamen haud quicquam detractum jure putabit
 Vita sibi cælebs calliditate carens:*

*Sed noto concubitus potius quos more ferarum
 In mistos (dictu turpe) ruisse juvat;
 Quam legi sanctæ obsequium præstare, jubenti
 Ut duo sint unum pectora mente pari.*

*Scilicet ut prodant, qui mens est casta, parentis
 Cælestis sobolem se nihil esse minus.*

*At velut, ut vulgò dicunt, mutatio crebra,
 Haud dubiè secum commoda parva trahit:*

*Sic hominum genus id, licet hoc vix nomine dignum,
 Attrahit indubiè certa pericla sibi*

*Hinc olido huic generi plerunq; est curta supellex,
 Membrorumvè aliàs integer usus abest,*

*Facturam taceo tum nominis atq; bonorum,
 Qua conjuncta, igni ceu solet esse calor.*

A 3

sed



Sed valeant tanti quibus est promiscua vita,
 Queis nulla iugeni mica pudoris inest.
Factum, SPONSE, tuum laudo, quod, talia librans
 Non renuas casti jura subire thori:
Dum tibi CHRISTINA me multas selegeris unam,
 Que forma nulli, nec probitate minor.
Hec placeat, quoniam placuit semel, abijce quicquid
 Abstrahit, hoc fas est, hoc pia fata volunt
Namq; viro cui vis Fato sua jungitur uxor,
 Ut sonat (& vera est) Maxima trita tibi.
Ergo si qua venit, fato venit, uxor, AMICE,
 CHRISTINAM Fato nonne venire putas?
Hac igitur sola contentus, suspice solam,
 Et Fatum facto sic reverere pium.
At thalamum ingreditur Sponsi lectissima Sponsa,
 Quare nunc paucis vota precesq; dabo.
Ardoris flammam renovata, Christe, foveto
 Majores vires colligat usq; sibi.
Disyce quas stygius diversa per organa lites
 Aspergit tadis Spiritus arte sacris.
Contra fac vivant longissima tempora vite
 Pace referta, alijs qua anteferenda bonis.
Et cernant sobolem gratam, gratosq; nepotes,
 Olim caritatem qui exhilarare queunt.
Vota tui ex animo, multi sint ponderis oro,
 Omnia quin etiam prosperiora cadant.

M. Daniel Hartman Wismar.

I I I I,

Κρήγουρ εἰ πέλεται, γ' ὡς κρήγουρ χροσθηδισα
 τῆτο παρομιακῶς ὅτ, τὴ λύθησ' ὅ φα'
 ἔγρεσθαι πρῶιζα μέν, ὡς αἰὸρ τε γαμήσαι,
 ὁυ μεταμέμβλεσθαι μὴ δέορ ἐσί ἕνα.
 σφῶ κ' ὄυρ νῦρ ἀναπίπτετορ ὁυ τῆτω μελεῖῶντε,
 ἀλλ' αἰαλαπῶρω καρ ποτόκω τε πολύ.

φιλοφίλως app :

Sebastian: Winterstein Gymn. Jsleb.
 Colleg. ad S. D. Nicol. Cantor.

V



Non Erycina venus, metu, pharetrate cupido
 Nec Iuno thalami, sed Deus autor erat.
 Ergo qui tædam castis amplectitur ulnis
 Haud nocuum læto pectore portat onus.
 Illicitos etenim sic detestatur amores,
 Corrigit affectus atq; subinde malos:
 Extingit flammæ ignis qui corde resultat,
 Ut sedes fiant corda modesta Dei.
 Commoda quæ sanctæ vitæ scit sponsus uterq;
 Quare libavit commoda compta sibi.

A 4

Sponsus

Sponsus uterq̄; alter quem cura Machaonis urit
Alter justiciæ quem sacra cura tenet.
Isidis hinc ambo lustrant sub sole micante,
Virgineum cætum, conveniente modo.
Ast omnes inter Natas his nulla puella est,
Sincero potuit quæ placuisse animo,
Donec uterq̄; suo Fato devertit in ædes.
Aurea quem pietas sidera ad alta vehit,
Anthonii, colitur qui cunctis, Kobergeri
Prudentis magna sedulitate viri:
Inveniunt tædæ socias sibi & ambo jugales,
Quas etiam cordi astrinxit uterq̄; suo
Quin & uterq̄; sacras sponsus procedit ad aras
Sponsam & utramq̄; sibi jungere rite parat.
Gaudia quod Patri, quod matri dulcia gignit
Huic, illi sponsæ gaudia quodq̄; parit.
Quid reliquum? nihil est nisi vota precesq̄; benignæ
Ut thalami cultor det bona cuncta Deus.
Quod precor ex animo propenso corditer ipse;
In cunis Donec pignora multa Deus,
Splendeat & lepidæ seros fors prospera in annos
Succedant vobis fata juvante Deo.
Et cum solveritis naturæ debita tandem,
Pergite cœlestis cœlica ad astra Patris
At quid opus multis? verbū non amplius addo:
Iova dabit votis vberiora meis.

*Andreas Kerstenius s. s. Theol. & Phil.
studios. L.*

En

VI.



*N*venere hacce datâ de te *VENV*s aqua triumphum
Carole amica tulit; *Rebus* dispendia multa
Sic ablata scias privis, nam libera vita,
Sapius esse solet mirè distracta, nec ullus
Ad normam imberbis vivit custode remoto:
Ebullit vitulina caro; vox triplicat *EV* AX;
Est exlex animus; fuch evomit excita lingua;
Os saepe alternat *Nymphas* & *Cribrat* inertes;
Somnia *Panduræ* sunt, & *Symphonia* pernox
Sensus titillant *syndipnag*, perdia - lauta:
Sed ne plus ultra, affectus corrêxe videmus
Frænum hoc fæmineum, mediq, libentia *Cursus*
Virgine tardescit; Ne te quoq, vulneret hocce
Sponse adamata mihi, socialis *Fædera* lecti
Eligis, hinc nobis gaudendum hac sorte novellâ.
Ergo nil prater votum; *DEV*s *ALME* secundum
*Fæcundum*q, jugum fiat fac, copula firma;
Obtegat *JRENE* Nuptos; juvenilia corda
Maxima, dante Deo, discretio rite sequatur,
Vnde domus crescat resq, ipsa domestica cornu
Vtilis augeat proventus; omnia leva
Et levia exsunto, inclinet modo purius *Astron*
Omnibus in rebus; Deus haud sit vitricus istis;
Summatim, liceat, non sit *Fortuna* *Noverca*.

αυτογενησ:

Iohannes Breuer Neapol-Isleb.
 Ludi-Rector.

A 5

Duplex

V I I.

Duplex jam plausus TIBI sponse agitandus amice
 Obueniens magni ex duplicitate boni
 Publica dat tempus presens Tibi Jubila; prima
 Dat Christiana tuo Nympha petita thoro.
 Det Deus ut duplici hac pro conditione bonoq;
 Sis etiam duplex plausus ovansq; bonus:
 Donum, agnosce Dei Verbum, cognosce Maritam:
 Quin adama oblatum pectore utrumq; pio.
 Sic Christianus eris Verus, sponsusq; beatus,
 Officium reddens unicuiq; suum.

Jacobus Huebnerus Gymnasij
 Islebij Collega.



V I I I.

SI me vel dubia ratione peractus, amice,
 Vel quavis aliã de causa quærere velles:
 An melius rigido glacialis tempore Brumæ,
 An verno præstet tædas subijisse jugales?
 Hoc ego dissolvam tibi jam problema, Busæ,
 Noctibus æstivis ferventior ingruit æstus,
 Dura sed hybernis mirum nos frigora vexant.
 Noctibus æstivis brevis est mora; longior autem
 Umbra

Vmbra est hybernis: Utrum jam Sponse requiris?
 En non stulta sapis: mavis tibi frigus & umbras,
 Dummodo sit tibi, quæ lucem ferat atq; calorem.
 Et bene: nam minus duplex calor: afficit unus
 Parvaq; sæpe thoros sociales separat umbra.
 Sit tibi, sit [precor] ergo tuus calidissimus ignis,
 Invida nec vestris lux gaudia turbet in annis.

F.

*Stephanus Baukitzius ludi ad s. Annam
 Cantor.*

I X.

A T vota nunc brevissima
 Sponsæ sorores melleæ
 Vterq; Sponse contuli.
 Heus si lubet cognoscite!

DEUS Iehova maximus
 Sit fautor auctor optimus
 Tædæ, per alta secula
 Fortuna amica fortiter,
 Ac fors sub axe splendeat
 Vobis. Thalamus dulcedine
 Ornatus, opto corditer.
 En vota, quæ brevissima!

*Anthonijs Kobergerus Junior sponse
 utriusq; Frater.*

F I N I S.

Faint, mirrored text bleed-through from the reverse side of the page, appearing as ghostly impressions of a Latin or German text.

IX

Faint, mirrored text bleed-through from the reverse side of the page, appearing as ghostly impressions of a Latin or German text.


Don. Fa 4484

QK

107

ULB Halle 3
 001 576 550



B.I.G.

Farbkarte #13

Za
4484



PTIALIA
E FLIBATO
sive

um, festivitati
VVENIS

& florentissimi

NESTI BVSÆI

is Islebiensis

NSI

BIBLIOTHE
PONTICAVI

cissimæ virginis

TINÆ,

ntegerrimi Dn, AN-

RI Comitatus Mans-

& Metallī præfecti

PONSÆ,

b amicis

obris Anno 1617.

Gubifianorum.

